Quelle: https://manuscripta.at/?ID=25962
Copyright: Admont, Benediktinerstift



quasi quibusdam uocibus congregare & allectare festinat. Et quemadmo
dum gallina habens pullos uocando illos non cessat ut assidua uoce
uagositatem superet pullorum suorum sic & sacerdotes in doctrina cessare non
debent ut studio & assiduitate doctrinarum suarum negligentiam populi erran
tis emendent. Et quemadmodum gallina non solum suos calefacit sed etiam
cuiuscumque uolatilis exclusos a suis quasi suos diligit ita & ecclesia non solum
suos christianos fouet sed siue gentiles siue iudei subpositi illi fuerint omnes
fidei sue calore uiuificat & in baptismo generat & in sermone nutricat
& materna diligit karitate. Ut autem hereticis hec eadem coaptemus Ierlm.
Hic intellige semper ecclesiam que dicitur ciuitas pacis cuius fundamenta posita
sunt super montibus scripturarum. Sicut ergo illi iudei qui fuerant ierlm spi
ritales egressi crediderunt in xpm. illi autem qui erant ierlm corporales ma
nentes in corporali iudaismo persequebantur spiritales iudeos id est apostolos
caerosque ex circumcisione credentes sic & de ista noua ierlm id est de ecclesia
qui spiritales xpiani fuerant relicta corporali ecclesia quam perfidi iudei
sua occupauerant uiolentia exierunt ab illis. Magis autem illi exierunt
a nobis sicut iohannes exponit. Ille enim de ecclesia exire uidetur non qui corpo
raliter exit sed qui spiritaliter ueritatis ecclesiastice fundamenta relin
quit. Nos enim exiuimus ab illis corpore illi autem a nobis animo. Nos
ab illis exiuimus loco illi a nobis fide. Nos apud illos reliquimus fun
damenta parietum illi apud nos reliquerunt fundamenta scripturarum.
Nos ab illis egressi sumus secundum aspectum hominum illi a nobis secundum iuditium
dei. Ideo & illi corporales xpiani persequentur nos spiritales species colora
ta ueritatem fundatam propter ea que ad illam ierlm corporalem dicta esse uiden
tur. Ierlm ierlm que occidis prophetas & lapidas eos qui ad te mittuntur.
Non dixit que occidisti aut lapidasti sed que occidis & lapidas id est
que hoc proprium & quasi naturalem consuetudinem habes ut occidas et
lapides sanctos. Non enim occidit aut lapidauit ante xpm & cessauit facere
post xpm que fecit sed eadem ipsa fecit apostolis que fecit aliquando pro
phetis. Sic & hereticorum ecclesia non solum persecuta est patres nostros & persequi